



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 36. Pacis articuli ab Anglis propositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.
A.C. 1550.

Londinum, ac Parisios profectus, adeo dextre rem instruxit, ut ex communi utriusque Regis consensu decerneretur, ad quamdam Picardiæ urbem Legatos plena agendi facultate instructos esse mittendos, qui de pace, ac reddenda Bononiensi urbe agerent. Ergo ab Anglis nominatur Ruffolius, Pagetus, Petrus secretioris consilii Minister, necnon Massonus Eques: Galli vero deputabant Rupipotium ex Montmorentiorum genere ortum, Casparum Colignium, Morterium, & Sanium, qui exeunte Mense Januario profecti ad quemdam locum Bononiæ vicinum contendebant, quo etiam Angli accesserant.

§. XXXVI.

Pacis articuli ab Anglis propositi.

Porro Angli in mandatis habebant: *Blacknesse*
I. Bononiensis urbis restitutionem *Newhaven.*
offerrent. II. Juvenis Scotiæ Regina in Regnum suum reducatur nuptura Angliæ Regi, cui jam erat desponsata. III. Blacknessæ, & Novo-havii propugnacula solo æquarentur. IV. Pensio, quam Franciscus I. Henrico VIII. solvere promiserat, ulterius numeraretur, ac veteres pensiones nondum solutæ penderentur, quarum tamen solutio sufficeret, si forte totius pensionis
N 2 obti-

Sæcul. XVI. obtinendæ spes abesset. V. Vicissim
 A.C. 1550. Angli Regis sui nomine promittere ju-
 bebantur, quod de Scotiæ Regno dis-
 sponere nolit absque consensu Caroli V.
 si vero hic Cæsar consentiret, tunc Scotis
 omnes eorum urbes redderentur, excer-
 ptis Tevotiana, & Aymutiensi. VI.
 Si Deputatis Eduardi connubium cum
 Henrici II. Filia proponeretur, respon-
 dere ipsis erat injunctum, quod eis hac
 de re mandata deessent, necnon imbel-
 lem adhuc Regis sui ætatem caussari
 erant jussi. Porro Gallorum Oratores
 hæc reponebant. I. Rex Dominus nos-
 ter Mariam Scotiæ Reginam reduci,
 permittet nunquam, eoquod illam Del-
 phino Filio suo destinasset. II. Pensionem
 quidem solvere promisit Francis-
 cus I., sed in ea rerum suarum neces-
 sitate, quæ tunc illum ad id cogebat,
 de cetero Henricus ejus Filus Angliæ
 Regis tributarius fieri renuit. III. Si
 tamen pro certa pecuniæ summa Bono-
 niensis urbis restitutio concedatur, Galli
 circa hanc quoque conditionem pacisci
 sunt parati. IV. Præterea Rex ipsorum
 nullatenus permittet, ut Angli vel uni-
 cam urbem in Scotia sibi vendicent.

§. XXXVII.

Articuli pacis Anglos inter, & Gallos.

Tandem post multas difficultates, at-
 que